T5,10

5.98 (Cold)

108

AD SAPIENTISSIMUM DOMINUM

JOSEPHUM COLLAÇO DE MIRANDA,

Sanctæ Eccleſiæ Patriarchalis Ulyſſiponenſis Beneficiarium, & in præclariſſima PARTICULARIUM Academia Præſidentem, &c.

EPIGRAMMA.

JOSEPH, Muſarum cúm collactaneus eſſes,
Quo laſſus poteris, docte, ſedere loco?

Si tibi debentur meritó ex Helicone cathédræ,
Seſſuro ſedes quæ tibi danda fuit?

At medios inter ſedeas cúm PARTICULARES,
Debita jam ſedes eſt tibi forté data.

Particulas ſophiæ cáthedra diffundis ab iſta;
Immó at doctrinæ magna fluenta tuæ.

Dum, MIRANDA, doces, de te miranda canantur,
Efficis: & cunctos afficis anté melo.

Cernimus in noſtras fluxiſſe Heliconia terras
Mella, quibus Muſæ dant alimenta ſibi.

Vive diu, MIRANDA: meus tibi dedicat ardor
Carmina, quæ meritis ſunt minús apta tuis.

Tu potes ingenio volitare per aéra celſum;
Pieris in nuda cùm mea ſerpat humo.

Pangebat

Fr. Felicianus á Divo Antonio Ulyſſipon.